

rat, quibus moveri possit Judex ad credendum, illam confessionem ex errore factam fuisse, admittendus erit ad errorem illum probandum, *Zieritz. hïc, & in notis, per tot. consulendus quoq; Matth. Steph. hïc.* Quod si verò in probatione deficit; multis præjudiciis doceri potest, secundum *Bernh. Zieritzium*, non obstante revocatione, si bis in torturâ, vel etiam liberè de delicto confessus sit, in reum capitalem sententiam latam fuisse, eamq; executioni demandatam. Ad quod *Zieritz. verb. admittendus erit, Iohan. Zang. de tortur. c. 5. n. 38. allegat. Tu cogita.*

ARTICULUS LVIII.

Modus torture.

1. Quæstio seu tortura, secundum indiciorum & suspicionum, tum personarum etiam conditionem plus, aut minus, frequenter, & rarò, durius, & levius ex arbitrio prudentis Judicis fieri debet. Inde in sententiis interlocutoriis, quibus tortura decernitur, plerumq; additur clausula cum moderamine; *Daß der Gefangene mit scharpffer Frage / jedoch zimlicher / oder verantwortslicher massen / oder Menschlicher weise / zu belegen.* Eleganter post alios *Goëhaus. in d. tract. tit. 3. in notis 3.* Quemadmodum si reus duntaxat terrendus est, hoc quoq; solet præcaveri sententiis interlocutoriis, ne reus manibus carnificis apprehendatur, hac consuetâ formulâ: *Daß ihr wolbefügt den Gefangenen dem Scharpfrichter fürzustellen / aber doch vnangegriffen in der Güte befragen zu lassen / Zang. de tort. c. 4. num. 11. & seqq. quem allegat Steph. hïc. num. 1.* Neq; illa, quæ in mediis cruciatibus reus profert, sed quæ modò remissus & relaxatus enunciat, actuarius annotabit, *Zieritz. hïc, verb. neq; illa, quæ in mediis cruciatibus, Zang. d. c. 4. num. 12.*

2. Pessimum, atque immane facinus est, torquere hominem sciens volensq; ut moriatur, quemadmodum ille apud *Fab. Quintil. decl. 18.* qui filium occidit in tormentis. *Horatius* optimè cecinit:

*Est modus in rebus sunt certi deniq; fines;
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.*

Consule *Gobler. in explicat. l. respiciendum, ff. de pœnis, verb. ne quid durius aut remissius constituatur, p. 186.* Sic quoq; modus adhibendus in torturâ, *Vlp. in l. questionis modum, 7. ff. de quest. de quo, & quis dicatur sufficienter tortus videndi, Foller. in pract. crim. par. 3. p. 3. num. 78. Iacob. Menoch. de arbit. jud. quest. cent. 3. cas. 272. num. 3. Thom. Metzger. in resolut. de tort. concl. 280. cum seqq. Gobler. art. 57. in auctario, p. 59. ubi quærit: Quid si quovis modo tortus, & confessus latrocinium moriatur in carcere? & putat decisionem hujus quæstionis discretioni Judicis committendam. Communiter receptum est, Judicem ultra horam reum in cruciatu detinere non debere. Eleganter *Vent. de Val. in parth. lib. 2. c. 12. nu. 36.* Atq; hinc etiam est, quod prudentes Judices & Magistratus in torquendis reis ut plurimum adhibeant horologia, ut possint tempus exactè observare, *Lud. Gilhaus. in arb. in crim. cap. 6.**

circas